

79  
LECTIONES PUBLICAS  
ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE HIBERNUM  
IN ACADEMIA LUDOVICIANA  
DEO FAVENTE HABENDAS

RECTOR  
REINH. HENR.  
ROLLIUS

DOCTOR AC PROFESSOR THEOL. SENIOR  
SENATUS ECCLES. ASSESSOR ATQUE  
DISTRICTUS ALSFELDENSIS  
SUPERINTENDENS

UNA CUM UNIVERSO  
SENATU ACADEMICO

INDICIT  
ATQUE AD EASDEM SEDULO AUDIENDAS  
GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIUM  
FACULTATUM STUDIOSES

PERAMANTER INVITAT.


P. P. DIE XVI. SEPT. ANNO MDCCL.

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAJORI.



G I E S S A E,

Typis IOANNIS IACOBI BRAVN, Acad. Typogr.



*In Facultate Theologica.*

**D. REINH. HENR. ROLLIUS,**

*Facult. Theol. Senior.*

In exponenda, ductu Introductionis *Sandhagenianæ*, Harmonia Evangelistarum, *publicis lectionibus* bono cum Deo perget, eo allaboraturus, ut hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri ad finem ea perducatur. *Exercitium* quoque *disputatorium*, in Syllogem controversiarum *Fechtianam*, binis post meridiem horis continuabit, ipsasque simul theses breviter enucleabit. *Privatim lectiones dogmaticas*, superiore semestri feliciter absolutas, hora VIII. de novo inchoabit, Compendium *Baierianum*, historia dogmatum ubique inspersa, perspicue explicaturus, & quo pacto cuncta ad praxin pietatis dirigenda sint, fideliter commonstraturus.

A 2

D.

---

**D. IO. HERM. BENNER**

*b. a. Decanus.*

Quae supersunt in theologia morali, consueta methodo persequetur. Dogmaticae theologiae campum, quem proxima aestate totum emensi sumus, rursus ingredietur. Exegeticas quoque scholas, & palaestram disputatoriam, aperiet.

---

*In Facultate Iuridica.*

**D. IO. FRIED. KAYSER,**

*In Regimine & Consistorio Eccles. Director, Iur. P. P. O.  
& Prim. nec non rerum Oeconom. in Alma  
Ludoviciana Inspector perpetuus.*

A lectionibus publicis & priuatis priuilegio Principis liber, non deerit tamen laboribus extraordinariis & disputationibus publicis, Dn. Dn. Commilitonum studia promouere, si modo adsint, qui diligentia sua industriam eius prouocauerint.

**D. FRANCISCVS IVSTVS  
KORTHOLT,**

*Prof. Iur. Ord. & Acad. Syndicus.*

Praelectiones in *digesta* nuper coeptas absoluet. Praeterea *ius publicum* ad ductum compendii SCHMAVSIANI, & *ius feudale* praeeunte SENCKENBERGIO vel STRVIO denuo explicabit. GOTT.

425

) 5 (

---

# GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN,

*Phil. & Iur. Doctor, ac Codicis & Nouellar.*

P. P. O.

**E**um recitationum suarum hoc auctumali & hyemali tempore ordinem tenebit, vt *ius feudale* denuo auspicietur, ac iusta & concinna methodo tradat, duce vsus **BVRC. GOTTH. STRVVIO**, cuius *Elementa iuris feudalis* nouo eoque eleganti habitu hoc ipso anno *Ienae* prodierunt. Post in *ius ecclesiasticum* ad **IO. BALTHAS. L. B. DE WERNHER** Compendium, cui elogium praescripsit: *Principia iuris ecclesiastici* sic commentabitur, vt fructus huius rei non ad solos Themidos cultores, sed inprimis etiam ad eos, qui **EVSEBIES** honori litant, pertingat. Respiciet in hoc Collegio singillatim ad *Hassiam*, cunctaque illustrabit ex ordinatione ecclesiastica *Hassiac*a, aliisque singularibus edictis & rescriptis Principalibus, quae suo aere sibi comparauit in perpetuam ciuium *Hassiacorum* utilitatem. Praeterea *Lectiones* tum theoreticas tum practicas instituet in *Ordinationem Notariorum MAXIMILIANI I.* & ad *iuris cambialis* notitiam manu ducet prouectiores. Neque in vlla re alia cuiquam deerit, qui suam sibi operam fructuosam salutaremque euenire posse iudicauerit.

## D. IO. ERNEST. HOEPPFNER,

*Prof. Iur. Ord.*

**P**ublice Perillustris **SENCKENBERGII** *Ius Feudale* interpretabitur: Priuatim **HEINECCII** *Elementa Iuris Ciu.* secundum ordinem *Institutionum*, **IVST. HENN. BOEHMERI** *Ius Digestorum*. & **IO. SAM. BOEHMERI** *Ius Criminale* explanabit.

A 3

D.

D. CHRISTOPH. LVDOV.  
KOCH,

*Consiliarius Regim. Hass. & Iur. Prof. P. Ord.*

**P**raelectiones in *Pandectas* secundum ordinem *Compendii BOEHMERIANI* instituet, simulque *Processum Iudicialium supremorum Imp. Tribunalium* ex delineatione IAC. BLVMII explanabit.

*In Facultate Medica.*

D. LVDOV. HENR. LEO  
HILCHEN

P. P. O.

**P**ublice *Physiologiam* examinando, disputando, repetet. *Privatim Pathologiam, Semiologiam, Materiam Medicam & Methodum praescribendi formulas* docebit.

*In Facultate Philosophica.*

IOH. LVDOVIC. ALEFELD,

*Philos. naturalis Prof. Ordin. & Alumnor. Princip. Ephorus.*

**P**raelectiones publicas, in quibus ad partem *Physices* specialem peruentum est, ea, qua coepit, methodo continuabit; privatim alumnos Principales in *disputando* exercere

cere perget, & *historiam philosophicam*, cuius ut in omni scientiarum genere, ita in controuersis inprimis theologice insignis vsus est, ex instituto pertractabit.

## ERNESTVS THOM,

*Prof. Moral.*

**L.** B. de WOLFF *Institutiones iuris naturae & gentium* publice explicare perget. Denuo interpretabitur BAVMEISTERI *Institutiones philosophiae actiuae*. Ius naturae etiam atque ethicam, si requiritur singulatim exponet.

## ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathes. P. P. O.*

**L**ogicam, Metaphysicam, Mathesin puram & applicatam priuatim docebit. In Lectionibus publicis Architecturas & Algebram explicabit.

## HENRICVS CHRISTOPH. NEBEL,

*Eloq. & Poes. P. P.*

**H**EINECCII fundamenta stili, GOTTSCHEDII artem dicendi & VIRGILII Aen. Lib. II. cum reliquis, qua consuevit methodo, explicabit, nec in aliis auditorum studia deseret.

D.

D. CHRISTOPH. LVDOV.  
KOCH,

*-Histor. Prof. Ord. & Biblioth. Acad. Praefectus.*

Publice *Historiam Imp. Rom. Germanici duce cel. SCHMAVSSIO* exponet. *Privatis lectionibus*, si habebit, quibus res Patriae in deliciis sunt, *Historiam Hessianam* pertractabit.

PHILIPPVS NICOLAVS  
WOLF,

*Prof. LL. OO. Ordin.*

Publice *collegium Ebraeo - Cursorium* a primo sacri codicis libro incipiens & ad reliquos progressurus ordine; priuatim *Ebraeo - Grammaticum*, praeunte DANZIO, *Graecum, Chaldaicum, Syriacum* aperiet, illis, qui labores desiderauerint priuatissimos, opera sua non defuturus.

Praeter ista, generosis quoque nobilissimisque ciuibus de *luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique palae-stra, Gallicae item & Italicae* linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos,

liberis quoque abunde prospectum  
est. *omniumque oblationum*

(o)

